



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 4. Deriuatio ex eis gentium, eorumq[ue] nomina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 3.
Confusio lin-
guarum.



Confusæ sunt autem linguæ post diluuium. Erant autem quæ confusæ sunt linguæ LXXII. & qui turrim ædificabant, erant gentes LXXII. quæ etiã in linguis super faciem totius terræ diuisæ sunt. Nemroth autem gigas filius Chus iustam Medis venando subministrabat bestias in cibum.

Caput 4.
Deriuatio ex
eis gentium,
eorumq; no-
mina.
Vide Ioseph.
Antiq lib. 1.
cap 6. Otton.
Ensing lib. 1.
cap 4.



Ocubula autem LXXII. hæc sunt. Filij Iaphet; Gomer, ex quo Cappadoces; Nagog de quo Getæ & Galatæ; Madai, de quo Medi; Iuuan, de quo Græci & Iones; Tubal, vnde & Italienses; Mosoch, vnde Illyrici; Tyras, vnde Thraces; Chetim, vnde Troiani, Phrygij, Macedones. Et filij Gomer, Arcanes, de quo Sarmatæ; Rifath, de quo Sauomatæ; Togorma, de quo Armenij. Et filij Iuuan, Elisan, inde Siculi; Tharsim, ex quo Iberi; qui & Agareni; Cethim, de quo Romani, qui & Latini; Dodanim ex quo Priamij. Omnes XV. de his extiterunt insulæ gentium. Sunt autem Cyprij & Sicilientes ex Iaphet. Siquidẽ inuenimus & eos qui sunt ad Burram ex ipsis etiam gentes quæ sunt in Thebaide, præter eos qui postea aduenerunt. Ibi reges qui habitauerunt in ciuitate, quæ apud Græcos honoratur Athenas & Thebas. Qui enim Sidoniorum sunt habitatores & quicumq; sunt alij similibus, post hæc apud Helladam transmigrauerunt. Cognoscimus autem hæc ex lege & Prophetis. Erant ergo de Iaphet ad confusionem turris XV. Et hæc gentes Iaphet à Mecha vsq; vesperum Oceani diffusæ sunt, attingentes vsq; ad Burram. Hi filij Iaphet, Medi Albani, Gargani, Arsei, Armeni, Amazones, Choli, Corgemi, Benagenæ, Cappadoces, Paphlagones, Mariandini, Tibarenses, Chalybes, Mossiroti, Cholchij, Melantini, Sarmatæ, Saurobatæ, Meotæ, Scythæ, Taurisci, Thraces, Bastarni, Illyri, Medones, Hellentes, Græci, Libyes,

Hic aliud non habeo, quam testari me m. f. ex fide dare, & quidem etiam manifesta errata representare. Hoc e.

Libyes, Histrij, Dauni, Dapueni, Calabri, Opic, Latini qui & Romani, Agareni, Galli, Aquitani, Illyricani, Basanotes, Ciritani, Lusitani, Vaccei, Cunienses, Brittones qui & in insulis habitant. Qui autem eorum nouerunt littetas ij sunt Iberi, Latini, qui & vocantur Romani, Hispani, Græci, Medi, Armeni. Sunt autem fines eorum ad Boream vsq; Garida apud Ameda fluuium vsq; Mastusi ad Ilion, Terræ autem eorum hæ sunt, Media, Albania, Amazonia, Armenia minor, Armenia maior, Cappadocia, Paphlagonia, Calatea, Collis, Indicib⁹, Forina, Media, Derris, Sarmatia, Tauriana, Schythia, Basterna, Thracia, Macedonia, Dalmacia, Mollis, Thessalia, Locria, Boeria, Betolia, Achaia, Pellinia quæ appellatur Peloponesus, Acarnania, Epirocia, Illyria, Euchnites, Adriate ex qua pelagus Adriaticū, Galitia, Lusitania, Italia, Theugene, Marsilia, Celtis, Gallia, Ypanogallia, Iberia, Hispania maior, hicq; desinit terra Iaphet, vsq; ad Britannias insulas omnes ad Borram respicientes. Sunt autem in his insulæ istæ, Britaniæ, Sicilia, Euboea, Arlodoscus, Lesbos, Cythera, Iacēt⁹, Cephalenia, Iabech, Corcyra, & Cyclades insulæ, & pars quædam Asiæ quæ appellatur Ionia. Flumen est autem his Tigris diuidēs inter Mediam & Babyloniam. Hi sunt fines Iaphet.

nam petens docti, quibus errata in se ferre lux sine pro coniectura ad dabiam, sicubi est, veritatem iustq; alias per facile sit ex aliis scriptoribus hæc persanare quæ a manu defertoris menda manant.

f. Hispanogallia.

Filij autem Cham: Chus, ex quo Æthiopes; Mesraim, ex quo Ægyptij; Futh, de quo Trogloditæ, Chanaã, de quo Afri & Phœnices. Et filij Ch⁹: Saba, & Heuilath, & Sabaita, Regma, & Iabathacha. Filij autem Regma: Seba, & Dedan. Et Chus genuit Nemrod, Sunt Ægyptiorum patriæ cum Mesroim, patre ipsorum VIII. dicit enim: Et Mesraim genuit Ludim; vnde Lydij; Ananim, de quo Pamphilij; Laabim, de quo Labœs; Neptoin, & Phethrusim, vnde Cretes; Chasluim; vnde Lycij, vnde

Caput 5.
De filiis Chæ.

Gen. 10.